Fragmentarium

et abiectio plebis. Exaltatus sum et humiliatus et con
fusus. Et iterum. Bonum mihi quod humiliasti me
ut discam mandata tua; DE OCTAVO GRADU.
Octavus humilitatis gradus est si nihil agat
monachus. nisi quod communis monasterii
regula vel maiorum cohortantur exempla;
Nonus humilitatis gradus est. DE NONO GRADU.
si linguam ad loquendum prohibeat monachus.
et taciturnitatem habens usque ad interroga
tionem non loquatur; monstrante scriptura. Quia
in multiloquio non effugitur peccatum. et quia vir
linguosus non dirigetur super terram; DE DECIMO GRA
Decimus humilitatis gradus est si non sit DU.
facilis ac promptus in risu; quia scriptum est;
Stultus in risu. exaltat vocem suam. DE UNDE
Undecimus humilitatis gradus est. si cum CIMO GRA
loquitur monachus. leniter et sine risu vel DU.
pauca verba. et rationabilia loquatur; et non sit
clamosus in voce. quia scriptum est. Sapiens verbis
innotescit paucis; DE DUODECIMO
Duodecimus humilitatis gradus est. GRADU.

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.8, 11v – Regula Benedicti
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-iman/5127/48953)